



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

2 [i.e. 3]. Quando proponi debeat conventio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

convenire potest, vel contra, lib. 2. §. sed et si  
agant D. De judicis. Nam pendente crimin-  
ali causa locus quæstiōni civili esse non potest.  
I. fin. Cod. De ord. judge. nisi civili disceptioni  
motæ principaliter quæstio incidat crimin-  
alis, vel criminali iudicio prius instituto civili-  
causa adjungatur, tunc enim Judge sua  
sententia, super principali lata, utramque  
quæstiōnem dirimere, quia sublato principali  
accessoriū quoque corruīt, lib. Cum principa-  
lis D. De reg. Iuris. cap. accessoriū eod. sit. in 6.  
Civiliter vero de crimine conventus potest a-  
ctorum reconvenire de alio, criminē civiliter,  
coram Judge competenti, id est qui sit Judge  
competens reconveni, Maranta d. Disf. 6.  
num. 68.

4. Secundū, non habet locum in causis ex-  
ecutivis, quando scilicet petitur executio instru-  
menti confessionati, quia habet vim sententiæ,  
Bald. in d. Auth. Et consequenter numer. 17. C.  
Desent. & interloc. om. jud. Gutierrez, 1.  
Præf. quæst. avul. quæst. 112. ut nec in deposito,  
lib. penult. C. Depositū lib. ult. §. in fine D. De com-  
pensat. capit. fin. inf. De deposito: Quia instrumen-  
tum depositi paratam habet executionem.  
Quod intellige de conventione quæ celerem rei  
depositæ restitutiōnem impedit, & pari pa-  
ſu ambulet, eo quod in deposito fides exuberare  
debeat.

5. Tertiū, non habet locum in causa appella-  
tionis, lib. 1. Eum qui appellari i. in provincia  
defendit quia appellatio communiter necessitate  
impellente interponitur, nempe propter injuri-  
am, quam appellans putat sibi illatam esse Ma-  
ranta late d. Disf. 6. n 24. ut proinde cesseribz ibi ra-  
tio d. Cum Papinianus. Quod intellige de ap-  
pellatione judiciali.

6. Denique non habet locum in iis causis,  
quarum qualitas & natura reconventionis repu-  
gnat, & de quibus Judge conventionis cognoscere nequit, ut laicus de spiritualibus. Glos.  
in c. 2. in fine h. 1. & ibid. Abbas num. 28 & seqq.  
Bald. in d. Auth. Et consequenter n. 5. & 6. Videatur  
Gisbert. Tractat. de reconventione cap. 24.  
num. 14.

Non permittitur etiam actori reconventorum  
iterum reconvenire, ex communi sententia, ne  
nimia pétitionum coactratio Judge plus  
satis gravet, sibi q. mutuo actor & reus officiant.

## §. II.

Quando proponi reconventionis debet,

1. Ante vel post litem contestatam propouerit  
esse.
2. Etiam ad sententiam usque.
3. Causa conventionis & reconventionis per  
passu expedienda.

1. P. Ponere reconventionis debet ante item con-  
testatā, Clem. Sap. ver. Verum de verb. si,  
vel saltem statim post litem contestatam, pri-  
quam scilicet juretur de calunnia, du mōdo  
velit causam reconventionis cum causa con-  
ventionis simul eodem iudicio terminari, ne-  
lias cum gravi dispendo actoris differi con-  
ventionis causam contingat \* 2. Alioquin lo-  
cum esse reconventionis ulque ad sententiam, id  
saltem conclusionem in causa, durante iudicio  
conventionis, verius est, arg. c. Dispendia 3. ver.  
Renu est quoque de rescriptis in 6. ubi dicitur  
um eodem durante iudicio, actore sibi obvo-  
xium dicere posse, & experiri apud eundem iu-  
dicem, conventionis vel reconventionis ben-  
eficio: Quia iudicium dicitur, dum negotium di-  
scutitur, e. Forum in prime. inf. De verb. signif. de-  
ratque usque ad sententiam seu conclusionem  
causa. Deinde in Novella 96. § illud. ver. San-  
cimus dicitur, non prius causam reconventionis  
proponi posse apud alium Judge, quam prior  
lis conventionis finem accepit; quod impo-  
sentiam, l. D. De re judic. Unde quod in quibz  
dam exercitibus dicitur, reconventionem statim  
esse movendam, ut in d. Auth. Et consequenter  
vel in continentali, ut c. 1. b. 1. ita intelligendum  
est, durante scilicet adhuc eodem iudicio, si reus  
conventus velit coram eodem Judge auctorem  
reconvenire. Quia coram alio audiiri non debet,  
nisi terminata lite conventionis, d. ver. Sanc-  
mus in fine. Vel quod statim & incontinenti pro-  
poni debet, id est vel ante item contestatam,  
vel statim post, ut simul terminetur cum cau-  
sa conventionis. Alioquin pari passu non ambu-  
bit cum conventione, nec per eam causa con-  
ventionis retardabitur secundum Marantanum 4. p.  
Disf. 6. num. 5. ubi alios citat\*, ut neque quando  
alterutra causa celeriterem postulat, & per-  
culum imminet animarum; nam prius decū  
ea causa debet, de qua liquebit prius, cap. xxviii.

q[ui]s[on]is inf[ormationis] de rebus q[ui] solvit. Sicut &c, quando p[ro]prio actori altiorum exigit indaginem & dilatationes plures, disserit debet conventionis, atque expediri reconventionis, & contra: qua de re fusa est Maria. Socin. in c. Prudentiam 2. h. t[er]m 17. Quamvis, & hoc casu, quo inquam, non ambular pariter passus reconventionis cum communione, non minus privilegio protogativo jurisdictionis, subiectaque auctorem aliena jurisdictioni, quam priore calo; illisque coram eodem judge, nullam obstante fori præscriptione, ad causam reconventionis responderem cogatur, d. l. Cum Papinianus, adeo ut, si respondere nolit, Judge eum in causa conventionis audire non debet, arg. l. Murens 43. § penes D. de procur. & c. cod. l. Sed et si 26. §. & adiicitur. D. Ex quibus causis maiores &c.

4. Jam vero quoad formam & ordinem indicati hujus attinet, Judge porrecto ex parte actionis libello conventionis, & ex parte rei libello reconventionis, idque vel ante vel statim post item contestata, de utraque causa, conventionis & reconventionis, simul cognoscet: Ita tamen, ut prius reus ad libellum auctoris, respondeat, deinde auctor ad libellum rei: Et tunc super utraque petitione licet contestata, utriusque causa singulis, vel etiam plures, actus judiciales, vicissim, eodemque die, si fieri possit, expediat, & l. & 2. verific. cum ea inf. de ord. cognit. summa, Clement. Sape, verific. nos usum de verb. signif. data semper prærogativâ auctori, ut primò expediatur auctus in causa conventionis, arg. l. Qui prius appellat 29. D. de judic. Abbas in c. 1 n. 7. b. t. Atque ita, si de utraque causa pariter liqueat, utramque una sententia terminabit, d. e. 1. b. tit. Una sententia, inquam; quia eodem die & eodem contextu, ac denique una scriptura proferenda est: Ita tamen, ut primò scribatur caput conventionis, tum reconventionis, & unum post aliud immediatè legatur & proferatur. Atque ita secundum juris dispositionem, & inspeccia rei veritate, tot erunt sententiae, quod causa & lius species, l. Etiam §. 1. D. de minoribus, l. 6. 1 n. 9. b. t. ac proinde revera duæ hic erunt sententiae, sicut sunt duæ causæ, in diem judicij, partim rei convenientis, partim dirimendarum litium favore deducet. Sitamen judex propria causa reconventionis, super conventione sola sententiam proferat, ea ipso jure valebit,

juxta communem in d. c. i. & d. Ante. Et consequenter. Eoque nomine appellationem interpolandam censet Juris. in l. 1. in fine D. sent. quae sine appellat rescind.

Illud denique hic subjiciendum est, auctorem reconventionis, si detrectet respondere ad libellum reconventionis, hanc pati potest, ut non tenetur reus ad ejus libellum respondere, nisi vicissim offerat respondere libello ipsius rei, d. c. i. & 2. b. t. & facit e. fin. in fine inf. De jurement. calumnia.

## TITULUS V.

## De Litis contestatione.

## §. I.

## Quid sit, &amp; quo pacto inducatur.

1. Iudiciorum tres partes.
2. Iudicium impropter sumptum à citatione incepit.
3. Proprie verò sumptum à litis contestatione.
4. Effectus hujus.
5. 6. 7. Quid sit litis contestatio, & quo modo inducatur.
8. 9. Que modo impediatur per protestationem.
10. Per exceptionem preempcionis.

1. T[em]p[or]e vulgo faciunt partes judicij, latius & impropter sumptu: Primum à citatione seu in jus vocazione, usque ad litis contestationem: Secundum à litis contestatione usque ad conclusionem in causa sive ad sententiam definitivam exclusivè, in qua parte negotium principale tractatur ac discutitur: Et tertium à sententia definitiva usque ad executionem illius: Expedita igitur prima parte, de secunda porrò videamus: Et quidem primò de litis contestatione, quia hæc inter ea, quæ ad judicium ordinariū seu plenarium necessariō requiriuntur, principale fundamentum & veluti basis est. Nam quæ præcedant, ut Judicis competentis additio, citatio, libelli oblatio, & reconventionis, non acta judiciorum, propriè dictorum, sed eorum præparatoria dicuntur & sunt.

2. Etenim licet judicium, latius sumptum, à citatione legitime facta, incipiat, quoad

§. 2. quos.